



bis. * Acci- pi- te. V. Gló- ri- a Pa- tri,




et Fí- li- o, et Spi- rí- tu- i Sanc- to.




† Il- le est.


Vel antiphona:



[I] Vos amí- ci me- i estis, * si fe- cé- ri- tis quæ præ- cí- pi-



o vo- bis, di- cit Dóminus. T. P. Alle- lú- ia.



E u o u a e.

cum Psalmo 99 (100), vel alius aptus cantus eiusdem generis qui conveniat responsorio vel antiphonæ, præsertim quando Psalmus 99 (100) tamquam psalmus responsorius in liturgia verbi adhibitus fuerit.

Psalmus 99 (100)

Iubiláte Dómino, omnis terra, *
servíte Dómino in lætítia:

Introíte in conspéctu eius *
in exsultatióne.

(Repetitur antiphona)

Scitóte quóniam Dóminus ipse est Deus; †
ipse fecit nos, et ipsíus sumus, *
pópulus eius et oves páscuæ eius.

Introíte portas eius in confessióne, †
átria eius in hymnis, *
confitémini illi, benedícite nómini eius.

(Repetitur antiphona)

Quóniam suávis est Dóminus; †
in ætérnum misericórdia eius, *
et usque in generatióne et generatióne
véritas eius.

(Repetitur antiphona)

Non dicitur Glória Patri. Psalmus tamen abrumpitur et repetitur antiphona, cum Episcopus et presbyteri osculum pacis Ordinatis dederunt.

138. Missa proseguitur more solito. Symbolum dicitur secundum rubricas; oratio universalis omittitur.

Liturgia eucharistica

139. Liturgia eucharistica concelebratur more solito; attamen omittitur præparatio calicis.

140. In Prece eucharistica, Episcopus vel unus ex presbyteris concelebrantibus mentionem presbyterorum modo ordinatorum facit secundum has formulas: